

Vigesimus sextus

utiq; medicinae ad uerba garrulitatemq; descendete. Sedere naq; in iis scholis auditioi occupatu gra-
tius erat: q; ire per solitudines: & quarere haerbas alias aliis diebus anni.

De noua medicina & Asclepiade medico: & qua ratione uete-
rem medicinam mutauerit.

Cap. iiii.

Drabat tamen antiquitas firma: magnasq; cofessa rei uindicabat reliquas: donec Asclepia-
des aetate magni Pompeii rhetoricae magister: nec satis in ea arte q;stuo sus ut ad alia saga-
cis ingenii huic se repente couertit: atq; ut necesse erat homini q; nec id egisset: nec remedia
nosset oculis usq; percipienda torrenti ac meditata quottidie oratione blaadiens: oia abdicauit: tota
q; medicina ad casum reuocando coniectura fecit. Quinq; res maxime comunium auxilio: profes-
sus. Abstinencia cibi: alias uini: fricationem corporis: anbulatione: gestationesq; cu unu quisq; semet
ipsum sibi praestare posset intelligere. Fauentibus cunctis ni essent uera: quae facillima erant: uniuersu
prope humanu genus circuegit in se: non alio modo q; si caelo emissus aduenisset. Trahebat praeterea
mentes artificio mirabili: uino promittendo aegris: dādoq; tempestiue tum frigidā aquā. Et quonia
causas morboꝝ prior scrutari Herophilus instituerat: uini ratione illustrauerat. Cleophātus apud pri-
scos: ipse cognominari se frigidē dando praeferebat: & ut auctor est. M. Varro: alia quoq; blandimenta
excogitabat ia suspēdendo lectulos: quoru iactu aut morbos extenuaret: aut somnos alliceret: iam
balneas auidissima hominum cupidine instituendo: & alia multa dictu grata atq; iucūda magna au-
toritate nec minore fama: cu occurrisset ignoto funeri: relato homine ab rogo atq; seruato neq; le-
uibus momentis tantā conuersionē factā existimet. Id solum possumus indignari unū hominem e le-
uissima gente sine opibus ullis orsum uestigalis sui causa repente leges salutis humano generi dedis-
se: quas tamen postea abrogauere multi. Asclepiadē uero adiuuere multi: quoru cura nimis anxia &
rudi aut obruendi aegros ueste sudoresq; omni modo ciendi. Nunc corpora ad ignes torrendo: sole
ue assidue quaredo in urbe umbrosa: immo uero tota Italia imperatrice tum primū pensili balneae
usu ad infinitū blandiente. Praeterea in quibusdā morbis medēdi cruciatus dettaxit: ut in anginis q; s
curabant in fauces organo demisso. Damnauit merito & uomitiones tunc supra modū frequentes.
Arguit & medicamentorum potus stomacho inimicos: quod est magna ex parte uetitum. Itaq; nos
in primis quae sunt stomacho utilia signemus.

Irrisio magicae artis & de lichene: & tapsia.

Cap. iiii.

Vper omnia adiuuere cum magicae uanitates: in tantū euectae ut abrogare haerbis fidem cu
ctis possent. Aethiopide haerba amnes ac stagna siccare coniectu. Tactu clausa on. nia aperiri
Achemenide coiectu i aciem hostium trepidare agmina: ac terga uetere. Latacen dari solita
a persarum rege legatis: ut quocunq; uenissent omnium rerum copia abundarent: ac multa similia.
Vbi nam iste fuere: cu cimbri teutoniq; terribili Marte ulularent: aut cum Lucullus tot reges magoꝝ
paucis legionibus sterneret: Cur ue romani duces primā semper in bellis rationem commertiorū ha-
buere: Cur Hercules Caesaris miles in pharsalia famem sentit: si abūdantia omnis cōtingere unius her-
bae foelicitate poterat: Non satius fuit Aemilianum Scipionem carthaginis portas haerba patefacere.
q; machinis claustra per tot annos quater: Siccentur aethiopidae pontinae paludes: tantūq; agri subus-
banae reddatur italia. Nanq; apud eundē Democritum inuenitur compositio medicamenti: quo pul-
chri boniq; & fortunati gignantur liberi. Cur nunq; persarū regi talis est dedita. Mirum est profecto
huc usq; puectam credulitatem antiquorū saluberrimis ortam inuitis: si in ulla re modū humana in-
genia nouissent. Atqui nos hanc ipsam medicinam ab Asclepiade repertam suo loco pbaturi cesse-
mus: euectam ultra magos etiam. Sed haec est omni in re animorum conditio: ut a necessariis orsa pri-
mū cuncta uenerint ad nimiū. Igitur demonstratae priore libro haerbarū reliquos effectus dicemus:
adiiciemusq; quas ratio dictauerit. Sed in lichenis remediis atq; tā foedo etiā malo plura undiq; acer-
uabimus: quamquā non paucis iam demonstratis. Medetur ergo plantago trita. Quinquefolium.
Radix albuci ex aceto. Ficulni caules aceto decocti. Hibisci radix cu glutino & aceto acri decocta ad
quartas. Defricantur etiam pumice. & rumicis radix tria ex aceto illinitur. Et flos uisci cu calce suba-
ctus. Laudatur & tithymalum cum resina decoctum. Lichen uero haerba his omnibus praefere: ide no-
mine inuento. Nascitur in saxosis folio uno ad radicem lato: caule uno: paruo: longis foliis depēden-
tibus. Haec delet & stigmata. Teritur cu melle. Est aliud genus lichenis petris: tantū adhaerens ut mu-
scus: qui & ipse illinitur. Hic & sanguinem sistit uulneribus instillatus: & collectiones illitus. Morbū
quoq; regium cum melle sanat ore illito & lingua. Qui ita curantur: aqua salsa lauani iubentur: ungi-
oleo amygdalino: hortensibus abstinere. Ad lichenas & tapsiae radice utuntur trita cum melle. Angi-
nae & argemonia medetur sumpta ex uino. Et hysopum cum uino decoctum & gargarizatu. peuce-
danum cum coagulo uituli marimi aquis partibus. proserpinaca cu muria & ex oleo trita uel sub lin-

A ii